

BERCTHOLDVS SCHVVAR TZ.



Berchtholdus Niger Teuto genere, religione
Frāciscanus, professione Philosophus Magiæ
& Metallariæ artium fallacissimarum studiosus, &
chymista clarissimus, circa annum Domini millesi-
mum trecentesimum quinquagesimum quartum
cognosci cœptus. Cum enim Berchtholdus Physi-
ces studio diu operā dedisset ac didicisset duo cor-
pora in eodem loco esse non posse, nec uacuum in re-
tū natura admitti, præterea qd' ignis leuius elemen-
tum maius sibi spaciū uendicaret quām terra, &
quod omnia ex elementis mixta corpora in ignem
redigantur, hæc omnia ab Aristotele & alijs natu-
ræ scrutatoribus proposita ipse experimento facto
clarius percipere uoluit. Itaque æreæ ollæ undique circumseptæ & obstructæ
fulphur & nitri puluerem imposuit, & ignem adiecit.